




RECUEIL
DE
VERS

DE L'ONN
E

DE L'ONN
E

DE L'ONN
E

DE L'ONN
E





UNIVERSITÉS DE PARIS
BIBLIOTHÈQUE DE LA SORBONNE

13, RUE DE LA SORBONNE - 75257 PARIS CEDEX 05
TEL : 01 40 46 30 27 - FAX : 01 40 46 30 44

Inv.

SIGB

Sibil

SU

Cote


U 65 in-4

1153320433



H. F. u. 65.

~~D. X. 58.~~



N. II. 55 pièces

titre

Recueil

de

vers

de l'Université

E

à relier en veau

Table générale des pièces contenues Dans ce Volume


1. Du Boulay (P.E.) Illustriss. archiepiscopo Paris. restitutam in integrum salutem gratulatur.
2. Cathedra Roennex ab Jo. Roenno, Rotomagensi, nuper Lutetiae fundata, ed uno in collegio sodalitiq; Sorbonae locata ad Splendidiss. Pic. Viridunum.
3. Lenglet (de) Regiae musae Sereniss. Delphino Xerium.
4. Lignières (de) De triumphali regis ed reginae ingressu in Urbem Oratio panegyrica.
5. Sonnet à l'occasion du Panegyrique du Roy, prononcé par le recteur de l'Université de Paris, sur les rimes proposées par l'Académie de Choloze.
6. Lenglet (de) Illustriss. Ludovico Phelypeaux de Pontchartrain Carmen.
7. is Magistri Antonii Baingues Bellovacii academici Parisiensis Apotheosis.
8. is In librum Joannis Quintinii De Cultu hortorum ex Gallico C. Perrault.
9. Illustriss. Viro Joan. Bapt. Colbert Schola Harcuriana Suplex.
10. Brodeau (J.S.) Ad Illustr. abbatem Lud. Claudium De la Chastre, cum Theses philosophicas propugnaret. Ode.
11. Herson. M. & Sereniss. principi F. A. abbati a Lotharingia theses philosophicas defendenti Carmen.
12. Fleury (J.) ad Illustriss. abbatem h. C. Du Cambout de Coislin theses philosophicas pro laurea artium in Regia Navarra defendentem 1682. Ode.
13. Dufour (G.) Illustriss. viro M. Le Cellier cum nobiliss. ejus ex filia nepos L. d'Aumond de Villeguier Theses philosophicas propugnaret in collegio Harcuriano. Ode.
14. Huillard (J.) Luxemburgica ed ultima expeditio
15. Cornbard (A.L.) Lessus in Obitum M. Le Cellier.
16. Rollin (C.) ad Illustriss. Virum F. M. Le Cellier Marchionem de Louvois cum ejus filius Camillus de Louvois, de Theocrito responderet Carmen.
- 16^{bis} Bosquillon Imitation des français de la pièce ci-dessus.
17. Lengletius Ad Musam; cum J. Juvenius ad gratulandum ecclesiae Parisiensi de pastore novo eleganti carmine invitaret. Ode.
18. Lenglet (de) Regi anglorum Jacobo Carmen.
19. Matthieu L. Magnanimo heroi Luxemburgensi duci, novam expeditionem Belgicam meditante Victoriae Vaticinium.
20. Rollin (C.) Illustriss. abbati C. Le Cellier de Louvois cum Theses philosophicas tueretur.
- 20 Bosquillon à M. l'abbé de Louvois sur la Theses qu'il dédie au Roy. Imitation des Vers latins de M. Rollin. Carmen.

21. Rollin. (C.) Illustriss. abbati C. Le Cellier de Louvois, in tabulam ab eo regi dedicatam,
cum theses philosophicas tueretur. Carmen.
- 21^{bis} Bosquillon à M. l'abbé de Louvois sur la thèse ~~qui~~ dédiée au Roy, Imitation des Vers latins
de M. Rollin
22. Mourain (H.) Ludovico Magno, cum ei post expugnatum Namurcum illustriss. abbas C.
Le Cellier de Louvois, theses philosophicas dedicaret. Ode.
23. de Bailly. (L.) Illustriss. henrico Feydeau de Bron, carmen panegyricum.
24. Couvilllard de Laval. (J.) Musae Marchionae Doctiss. et clariss. D. Joan. Couture hendecasyllabi.
25. H. L. In Ludovici magni orationem panegyricam quam dicebat Alexius Artus. Carmen.
26. Ogervias (Dom Jer.) Traduction d'un poëme latin fait à la gloire d'Armand Gaston abbé de Rohan
de Loubisse à l'occasion du panegyrique de Louis le Grand par Firot.
27. us En second exemplaire.
28. Lenglet (de) Montes expugnati.
29. Firot. Clarissimo Viro Jacobo Leullier Carmen.
30. Firot Ornatisimo Claudio Leullier carmen.
31. us Doctissimo et ornatisimo Viro C. Rollin carmen.
32. C. F. S. Clarissimo Viro D. J. Couvilllard phalencus.
33. Firot. Clarissimo Viro D. D. Salomoni Trioux. Carmen.
34. Ecclesia parisiensis catulaunensem ecclesiam solatur de adempto praesule
querentem. Elegia.
35. Ad illustriss. L. A. de Noailles. Ode.
36. Symbolum heroicum.
37. Catulaunensis ecclesiae querelae post evectum ad sedem parisiensem illustriss.
L. Ant. de Noailles. Elegia.
38. Pestel (C.) Saeculi ultimi prosopopoeia.
39. us La description du dernier siècle.
40. us Jacobo Secundo Magnae Britanniae regi Mausoleum.
41. id Ekreni.
42. us In obitum sereniss. Philippi Borbonii aurelianensium ducis epigramma.
43. us Ad sereniss. principem D. Franciscum Rakotzy Dynastem Daciae, Carmen.
44. us D. O. M. Rhythmus.
45. us Ad nobilem et eruditum abbatem Petrum de Berulle cum publicas ac
universa philosophia theses propugnaret in Cardinalitio, Ode.
46. us In Statuam regiam equestrem epigraphae.
47. us Ad Rectorem. Ode.

48. L. R. E. P. Orangius dictis, factisque Cassus. Ee gallico Seraphini Regnieris.
 49. Reverendiss. Car. Franc. Maurino. Ode.
 50. In Miserrum grammaticum cui efflagitanti sua divina opera erudita, tersa, polita, aurea dederat D. D. Nicolaus Boileau Despreaux. Variorum epigrammata.
 51. In reditum Philippi V ad Hispanias. Ode.
 52. Pestel. (P.) ad Illustriss. Virum D. Nicolaum Desmaretz cum nobiliss. abbas Petrus Desmaretz ejus filius theses philosophicas palam propugnaret. Carmen
 53. us ad Illustriss. Virum D. Nicolaum Desmaretz, cum nobilis et eruditus abbas Petrus Desmaretz ejus filius publicas de universa philosophia theses propugnaret in Cardinalio. Dialogus philosophia, Rhetorica Trama.
 54. us
 55. us Triumphus astreae, seu mariae Adelaidis augustae pacificae in Galliam adventus. Ecloga.







F A M A.

Quàm graves meæ partes sunt ! quàm variæ rerum vices !
Redeunti mihi ab extremis mundi oris novus occurrit labor.
Principum duorum de Hispaniis, hoc est, de orbis imperio dimicantium
Expeditionem undique prædicavi.

Qualem & quantam concitavi rerum expectationem !
Ut ad ancipitem belli aleam comparavi animos !

*Videre Iberis Austriaden fretis
Jamjam videbar fulmineâ minas
Dextrâ intonantem, mox labantes
Consiliis animisque gentes.*

Reguli promissâ, vellerisque spem risere Superi.
Et aurum in auram evanuit, & fama in fumum.

Vix tubam fessâ pennasque posui,

Terrâ Marique iter instauro, ut Carolum requiram absentem.

Obiit Heros ? an abiit ? aut ubi locorum est ?

Vidi tentorium absque hospite, sine sessore Equum, sine Cæsare Aquilam,

Ubi tandem ille ?

Dicat Britannia, quæ regium Embryonem concepit,

Germania quæ peperit, Lusitania quæ suscepit.

Dicite, num vestris, Batavi, latet abditus ulvis ?

An tacitâ pelagi naufragus errat aquâ ?

Inclusum ne suis juvenem tenere latebris

Nimbosæ-ve Alpes, Hercynium-ve nemus ?

An sortem subit Icariam, dum lumina Soli

Invidet ? an Colchos alter Jason adit ?

Certè Carolus nusquam gentium : Philippus ubique.

Dum tubâ clango, classicum Gallus canit.

Continuò campis explicari agmina, ferream surgere segetem,

Præsensque Lusitaniæ exitium intentari.

Fit via vi; quot aditus ad Hostes, tot gradus ad Victoriā.
Hinc hæret Lusitanus alienæ fortitudinis spectator otiosus;
Et sibi vix credit ipse:

Inde oppida Celtibero cordaque simul patefiunt:
Et mihi campus præconii panditur infinitus.

*Qualis vere recens micante Flora
Lilium colit, inclytumque germen
Fovet cum Zephyris amica Tellus:
Talem gloria se ferens Philippum
Ambit. Antevolat Timor. Triumphans
Amor pone subit, probatque Regem.
Jam regni caput annuit Philippo.
Illum rura vocant, coloni adorant.
Jam prono Tagus amne volvit æstum
Minorem, dociles aquas & aurum
Vestigale trahens; novoque passim
Nayades Domino placere certant.*

Austriaco neglecto, quid Borbonium frustra moror?
Quot oculis ad illum detegendum, tot ad hunc celebrandum linguis opus,
Subveniant Argus, & Echo:

Consonet Musarum Chorus;
Victoremque tam altè laudibus efferant,
Quàm altum est de æmulo silentium.
*At rumor Carolum nescio quis sonat;
Improvissus adest, prælia jam parat
Heros. Io triumphè!*

Vates incolumem canant.

Dicant & Ulyssiponis expeditionem;
Regiaque Bragantini & Austriaci itinera
Ex Urbe in portum, è portu in Urbem;
Facinora conjugibus loquenda.

Quid si castra moveat? heu, quantus equis virisque sudor!

*Parce, Bellator, procul ire; fessum
Mitte sub lauro caput, arma pone
Aspera, & mæstos recrea sereno
Ore Penates.*

*Jam satis terræ timuere: ludum
Mars satis lussit. Fremat Aula plausu:
Civis occurrat reduci; Vienna
Festa triumphet.*

Tamen Vienna filet : Lutetia exultat.

Nempe altera reges parturit tantum , altera edit.

Jam nova soboles regnatricem domum illustrat.

Congesta inter trophæa , inter palmis insertas lauros ,

Ecce prodit semine ab æthereo recens Lilium;

Infans conceptus in sinu Bellonæ , obstetrice natus Victoriâ ,

Nutrice Minervâ educandus.

Vis uno Verbo omnia ? Magni pronepos.

Regiam fœcunditatem quæ dicendi ubertas assequatur ?

Quæ accessio gloriæ cumulet ?

Ac velut apricis cùm regnat Oliva adulta campis ,

Bacchâ colonum stirps beans novellâ

Luxuriat latè , semenque ferax palam propagat :

Sic chara Dis gens hinc & inde floret :

Natis natorum fruitur : numero æquat astra ; & audet

Æternitati comparare Vitam.

Sensim crescit Infans , & cum illo publica felicitas.

Mores aureos Astræa condit.

Deliciis Urbs & Aula circumfluunt.

Iterum læto imbre descendens Jupiter auro pluit.

Cerere & Baccho fervent compita : nectare manant rivi :

Quid restat ,

Nisi ut pendeat uva sentibus , & quercus mella sudet ?

Quies diem nocti , ignes noctem diei assimilant :

Divitique pauper lætitiâ certat , Patricio plebeius.

Interim

Augustis cunis affusi gratulantur omnes Regni ordines :

Immò regna omnia.

In primis Filiæ Tyri purpuram , & mures * Ponti pellem

Suo jure offerunt ;

Quid si & Elephanti Indiarum ebur ?

Gaude nunc , Aremorica , Duce : Dominum olim hostibus invidebis.

Cum sectus orbis serviat parentibus ,

Pars altera manet posteros.

In hujus ortu Batavus Oraclis Deum

Horret ; Adriæ turbat sinus.

Hunc potor Istri , hunc suspicatur aurea

Demissus Hermus cornua.

*L'Hermine ;
Armes de
Bretagne,*

En erit ea dies , cum tua endrrem , Puer ,

Bene gesta , & admirer Virum ?

En erit ut & imago Patris , & Patriæ Pater ,

Proavoque dignus audias ?

Dum votis tero tempus , officio defum.

Quidni genethliacon promulgo , quod loquuntur cuncta ?

Templa precibus , Parnassus odis , aer plausibus personat.

Cum tympanis fidibusque conjurat amicè tormentorum horror.

Ego vero cesso ? non tubâ & alis accingor ?

Non cantu Orpheum æmulor ? non cursu Eurum ?

Vive , valeque , Puer , dum mundi abscondita lustrò ,

Tuumque natalem ultimis

Nuntio Sauromatis.

P E T R U S P E S T E L , Eloquentiæ Professor , in Cardinalitio.

